



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**DE || LIBERTATE || CHRISTIANA ||**

**Lensaeus, Johannes**

**Antverpiae, 1590**

Prooemivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46059](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46059)

DE  
CHRISTIANA  
LIBERTATE  
LIBER SECVNDVS.

PROOEMIUM.



EST inter cætera humanæ conditionis mala etiam hoc ludibrium, vt ad nomina expauescat, res ipsas amet ac sequatur. Quod ne pluribus prosequamur exemplis, vtemur eo quod nostri instituti propriû est. Diaboli nomen quis non execratur? quis interrogatus, dicat ei se velle seruire? captiuitatis eius vincula & tetros carceres quis non reformidet? Nec pauci tamẽ sunt, qui hæc nomina cum fugiant atque oderint, rebus implicati vltro teneantur. Hoc eo fit, quod in re ipsa quanta pernities insit, quantumque horrendæ infelicitatis, non penitus introspiciant. Quod vt facere possint, hoc secundolibello adiuumentum aliquod doctrinæ salutaris conferre propositum est. Præsertim cum hoc iam explicandæ materiæ, quam ingressi sumus, luculentior ac distinctior quidam ordo poscere videatur.

CAPVT I.

*Quanam ratione acciderit, vt homo incurreret sub diaboli tyrannide seruitutem.*



QUONIAM igitur diabolo contra Domini præceptum suggerenti, cessit homo ad peccatum perpetrandum, cum esset sapientissimo fortissimoque facilimum repugnare: idcirco incurrit hanc quoque suo merito seruitutem, vt ab eo qui vicerat,